

APÉNDICE NÚM. 5.

Arancel de la Nunciatura, estipulado en la transaccion con el nuncio Facheteni.

CAPÍTULO 31.

Secretario de Breves, y su Oficial mayor.

Ordenamos, y mandamos que el Secretario de Breves, y su Oficial mayor guarde este arancel, y derechos de él, y asistencia, como está mandado al Secretario de Justicia, y Oficial mayor del Tribunal.

Informaciones de Obispos.

Mandamos que por las informaciones de Obispos se lleven de derechos doscientos reales; y si llevaren duplicados de ellos no se lleven derechos algunos, pagando las partes la escritura tan solamente; y por cualquier sello de estas informaciones, ora sea de Obispo, ora sea de Arzobispo, no se lleven mas de seis ducados tan solamente, aunque se lleven muchos duplicados; y por las informaciones de los Abades y Priors se lleven doce ducados, y no mas por cada una, aunque lleven duplicados, pagando al escribiente, como está dicho; y por el sello de estas informaciones de Abadías y Prioratos se lleven dos ducados, y no mas: y mandamos que para cada un obispado de nuestra legacia no se despachen mas de cuatro títulos, es á saber, de Subcolector, Abogado fiscal, Procurador fiscal, y Notario; y los que además de este número se hubieren despachado, desde ahora los revocamos, y avemos por revocados.

CAPÍTULO 32.

Derechos de los despachos de Gracia, que se despachan por Abreviatura, y su moderación.

Para que sea notorio á todos la tasa de los derechos de nuestra Abreviatura; y las partes, que hubieren de conseguir algunas gracias, sepan cuántos son los derechos de ellas, y no paguen mas á sus Agentes y Procuradores; por tanto avemos mandado inserir aqui las tassas que son las siguientes:

	<u>Reales.</u>
Licentia celebrandi in Oratorio.	Gratis.
Audiendi Jura Civilia.	88
Indultum absentiae causâ studii.	88
Indultum patrocinandi.	88
Permutatio, si in evidentem.	44
Dispensatio super defectibus corporis.	77
Confirmatio statutorum.	88
Et secundum negotii qualitatem.	110
	143

	<u>Reales.</u>
Institutiones Beneficiorum, quae dabuntur servatâ formâ concilii.	116
Provisio Beneficiorum.	132
Explorandi voluntatem.	66
Admittendi famulam.	66
Transeundi ad aliud Monasterium.	66
Super impedimentum publicae honestatis, si verè contraxerint.	176
	110
Confirmatio concordiae.	154
	176
Transumptio in forma vidimus.	33
Commutatio voti.	44
Extra tempora pro aetatis tantum.	66
De promovendo cum dispensatione.	66
Dispensatio super interstitiis.	66
De promovendo absque dispensatione.	44
Transferendi ossa.	Gratis.
Relaxatio juramenti pro capitulo, aut particulari.	44
Ad effectum non observandi statutum.	110
Relaxatio ad effectum agendi, etiam cum absolute.	44
Absolute in foro conscientiae.	Gratis.
Absolute cum dispensatione.	99
Si interfuit bellis.	99
Si commisit falsum.	99
Si vulneravit.	99
Si judicavit, aut suripsit in criminalib.	99
Si exercuit medicinam.	99
Si commisit in administratione Sacramentorum.	99
Dispensatio super aliis irregularitatibus sine absolute.	66
Dispensatio pro eo, qui originem trahit à penitentiis per Inquisitionem Sancti Officii.	66
Absolute ab excommunicatione pro capitulo.	176
Notariatus.	44
Protonotariatus.	530
Paulina pro privata persona.	22
Si pro Collegio, communitate, vel domino titulari.	53
Si pro Abbatibus Epis. decimi, seu decimorum arrendatoribus.	53
Indulgentia pro sigillo, et scriptura.	Gratis.
Commissio causae.	33
Si per extensum: dabuntur serv. forma Concil. et facult.	44
Institutio cum dispensatione.	132
Dispensatio ad duo sub eodem tecto.	110
Ad duo sub diversis.	88

	<u>Reales.</u>
Ad plura Beneficia	110
Super defectu oculi Canonis	88
Super defectu oculi dextri	66
Confirmatio litterarum	66
Confirmatio licentiae	44
Explorari voluntatem	66
Licentia solemnizandi nuptias tempore prohibito	44
Absolutio ab incestu	88
Absolutio ab usura	88
Absolutio à concubinato in utroque foro	33
Absolutio ab stupro	176
Super defectum natalium	110
Perhibendi Testimonium	44
Transeundi ad arcetorem	66
Derogatio statutorum: juxta facult., et in casibus	110
Perinde valere	66
Licentia medendi	110
Licentia suscipiendi velum	33
Licentia opponendi stratum	66
Licentia recipiendi benedictiones in Capella	44
Absolutio à transgressione voti	66
Indulgentiae	Gratis.
Mutatio Judicis à Sede Apostolica deputati eò quod ille, cui committebatur executio obierit	44
Litterae dimissoriales ut promoveatur	44
Reservatio Juris Patronatùs Capellae, seu Ecclesiae	44

CAPÍTULO 33.

Tassa de lo que han de llevar los Procuradores, solicitadores, y otras personas negociantes por su solicitud y trabajo de cualquier despacho de la Abreviatura, quitado todo el gasto.

	<u>Reales.</u>
Por absolucion <i>in foro conscientiae</i>	11
Por absolucion, y dispensacion <i>in foro interiori</i>	22
Por bulas de beneficios	33
Por confirmacion de cualquier escritura	33
Por cualquiera dispensacion	27 1/2
Por cualquier indulto	27 1/2
Por cualquier licencia	22
Por un Notariato	11
Por una Paulina	5 1/2
Por un Protonotariato	33
Por relajacion de juramento	11

	<u>Reales.</u>
Por cualquiera permutacion	22
Por cualquiera prorogacion	11
Por cualquiera comision así ordinaria, como <i>per extensum</i>	11
Por cualquiera duplicado de los dichos despachos la mitad de la tasa, y estos, sacados todos los gastos.	

APÉNDICE NÚM. 6.

Breves revocando las disposiciones del Pontifical romano con respecto à las iglesias de España¹ y elogiando el buen estado de la disciplina en las de Castilla y Leon.

Quia in Ecclesiis Regnorum Hispaniae ex antiqua, et immemoriali consuetudine, multa diverso modo fiunt, ab eo, qui in Ceremoniali Episcoporum declaratur et ordinatur, partim ex Apostolica concessione, partim ex Ministrorum varietate, partim ex diversa Ecclesiarum, Altarium, et Chori situatione, ideò ad instantiam, et pro parte omnium Ecclesiarum in Hispaniae Regnis, Sacrae Rituum Congregationi supplicatum fuit declarari, librum praedictum Ceremoniale nupè editum. Congregatio ut alias saepe ad instantiam omnium Ecclesiarum in Hispaniae Regnis, immemorabiles et laudabiles consuetudines non tollere declaravit die 11 junii 1605.

Libro de Breves de el Estado Eclesiástico, impreso año de 1666, fol. 367, Urban. VIII, à la Congregacion de las Iglesias en 10 de octubre de 1634.

Dilectis filiis salutem, et Apostolicam benedictionem. Littera filialis observantiae plenissimae, quas à Vobis reddidit dilectus filius Doctor Lucas Gonzalez de Leon Ecclesiae Cordubensis Canonicus Magistralis, et generalis apud Sedem Apostolicam Cleri Regnorum Castellae, et Legionis Procurator, ingentem nobis laetitiae materiam attulere; nec enim quidquam est, quod mentem nostram tot curis quotidie agitatum, aequè exhilaret, ac pii eorum conatus, atque impigra industria, qui ad decorem domùs Dei excolendum decet, nihil praetermittunt, quod vel Religioni conservandae, ampliandaeque, vel promovendae animarum saluti, aut Ecclesiae auctoritati tuendae favere possit, quibus in rebus vos non minori fructu, quam pietatis laude sedulam adhuc possuisse operam, plurimum gaudemus. Accedit exemplum quo tamquam Christi bonus odor caeteros ad parem virtutem omni ope sectandam non intermittitis.

¹ Está copiado del Memorial de la santa iglesia de Toledo contra la bula: *Apostolici Ministerii*, refiriéndose allí à otra obra titulada: *Liber Brevium Ecclesiarum: anno 1666, fol. 113.*

En el mismo Memorial se encuentra citado el siguiente breve de Urbano VIII à las iglesias de Castilla y Leon, refiriéndose al libro de Breves del estado eclesiástico impreso en 1666, fol. 367, el cual dice haber sido enviado por el Papa à la Congregación de las iglesias de Castilla en 1634.

Haec nimirum sunt, quae Deum, ac Coelites maximâ afficiunt laetitiâ, quaeque Ecclesiam calamitatibus hisce temporibus ob contumaces filios, et falsos fratres, non parum laborantem egregiè consolantur. Hortamur Vos pluribus ad Ecclesiae jura, cum se occasio dederit fortiter propugnanda, atque ad morum probitatem non in Vobis modò effingendam, sed etiam in alios inducendam, nisi praeclarae vestrae actiones, hortationis nostrae partes penitus praecoccupassent.

APÉNDICE NÚM. 7.

Bulla Apostolici Ministerii.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolici Ministerii, quod nobis, licèt immerentibus, imposuit Superni dispositio Consilii, ratio praecipuè exigit, ut Ecclesiasticae Disciplinae in iis, qui in sortem Domini vocati sunt, aut servandae, aut ubi opus fuerit, restaurandae, juxta sacrorum Canonum instituta, et sanctissimas Ecclesiae leges, et ordinationes omni studio advigilemus; post enim primi Parentis lapsum sempèr ad inferiora nos deprimit humanae mortalitatis infirmitas, et carnis fragilitate observantiae vigor paulatim relaxatur; undè et de mundano pulvere religiosa etiam corda sordescere, et in ipso Agro Domini spinas, ac tribulos identidè germinare quotidianâ experientiâ edocemur: quòd si noxia inde evellantur et utilia plantentur, dubitandum non est, quin uberior, benedicente Domino, electi sanctorum operum frumenti messis exurgat, omnisque Populus in via Domini, praeclucante Clero, feliciter progrediatur. Cum itaque Dilectus Filius Noster Ludovicus S. R. E. Cardinalis Belluga, et Moncada nuncupatus, Ecclesiae Carthaginensis ex concessione, et dispensatione Apostolica Praesul, in ipsis Pontificatùs Nostri primordiis, Nobis exposuisset nonnulla Ecclesiasticae disciplinae rationibus, ac saluberrimis Sacri Oecumenici Concilii Tridentini Decretis haudquaquam consentanea sensim in diversis Inclitae Nationis Hispanicae locis obrepisse, iisque ut opportunum remedium adhiberetur à Nobis, quibus est commissa plenitudo sollicitudinis, nedùm ipse Ludovicus Cardinalis et Praesul, sed et alii Ven. Fratres Archiepiscopi, et Episcopi Regnorum Hispaniarum humiliter postulassent; eorumque enixis precibus sua etiam studia, ac vota charissimus in Christo Filius Noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus pro ejus singulari pietate, et eximio Christianae Religionis zelo datis hac de re ad Nos pluribus litteris, conjunxisset: Nos congregationi particulari nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Nostris ejusdem S. R. E. Cardinalibus Concilii Tridentini Interpretibus à Nobis deputationum rem omnem sedulò examinandam demandavimus. Id autem cum ab ipsa Congregatione Cardinalium eâ, qua par erat, maturitate praestitum, illiusque sententia ad Nos per ejusdem Congregationis Secretarium relata fuerit; de memoratorum Cardinalium consilio, congruum, et opportunum duximus ea, quae infra sequuntur, ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiae utilitatem, veteris disciplinae instauracionem,

et spiritualement Regnorum Hispaniarum aedificationem, hac nostra perpetuò valitura Constitutione statuere, decernere, et declarare.

1.º Primùm igitur, cum à Patribus memorati Concilii Tridentini, Divino afflante Spiritu, sapientissimè animadversum fuerit quantum Christianae Reipublicae intersit accuratum haberi delectum circa eos, quibus Sacra Ministeria committenda sunt, et in quorum vitam caeteri Fideles jugitèr oculos conjicientes sumpturi inde sunt exemplum, quod imitentur; proptereaque providè ab iisdem Patribus cautum fuerit Ecclesiasticae Militiae per primam Tonsuram adscribendos non nisi illos esse, qui probabilem praebeant conjecturam, se non saecularis judicii declinandi consilio, sed sincero animo praestandi fidelem cultum, ac servitium Deo, hoc vitae genus elegerint: volumus, ut pro tutiori ipsius Conciliaris sanctionis executione, ab omnibus regnorum Hispaniarum hujusmodi Archiepiscopis, et Episcopis, non alii ad primam Tonsuram in posterum admittantur, quam quibus Ecclesiasticum aliquod Beneficium statim conferendum sit; aut quos constiterit litterarum studio operam sic dare, ut quasi in via ad Ordines, tum Minores, tum etiam deinde Majores suscipiendos versari videantur; vel demùm quos viderint expedire alicujus Ecclesiae servitio, vel ministerio deputari.

2.º Et tam in his, qui ad primam Tonsuram, quam in aliis, promovèri ad Ordines etiam minores optaverint, omninò servetur paritèr regula ab eodem Concilio Tridentino tradita; nimirum, ut nullus ordinetur, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis Ecclesiis, quique illi Ecclesiae, aut pio loco, pro cuius utilitate, aut necessitate assumitur, non adscribatur, ubi re ipsa functiones muneri suo consentaneas exerceat. Quòd si qui modò reperiantur, vel Clericali Tonsura jam initiati, vel ad Ordines sive minores, sive majores jam promoti, qui nulli certae Ecclesiae, vel loco pio adscripti fuerint: Episcopi adscriptionem hujusmodi, vel à se ipsis, vel à Praedecessoribus suis omissam, statim suppleant, non minus quoad omnes in majoribus Ordinibus, etiam Praesbyteratùs, constitutos, quam quoad eos qui vel sola prima Tonsura, vel minoribus Ordinibus initiati, Beneficium tamen Ecclesiasticum possident. Ex reliquis autem, ut praefertur, vel sola prima Tonsura insignitis, vel in minoribus Ordinibus constitutis, sed Beneficio carentibus, non nisi eos adscribant, quos Ecclesiis suis utiles, vel necessarios esse judicaverint. Caeterum antedictae adscriptionis executionem differri posse per aliquod temporis spatium, quod ipsis Episcopis conveniens videbitur, permittimus quoad eos, qui à Diocesi, in qua Tonsuram, vel ordines susceperunt, causa ediscendi litterarum scientias in aliqua publica Universitate, vel Gymnasio, sive ex alia rationabili causa à suo Episcopo approbata, vel approbanda, absentes reperiantur.

3.º Cum autem Clerici, qui in Episcopalibus Seminariis educantur, ut commodius ad litterarum, sacrarumque rerum studium operam conferre, aliisque à Concilio Tridentino praescriptis addiscendis magis assiduè incumbere possint, teneantur juxta ejusdem Concilii Decretum diebus tantum festis Cathedrali, ac aliis sui loci Ecclesiis inservire: hanc quidè servitii per eos obeundi rationem servari in omnibus Hispaniarum Diocesisibus, necnon ipsos generalibus dumtaxat totius Cleri supplicationibus, sive Processionibus interesse vo-